

1649 $\frac{2}{12}$

Sacra Regia Majestas

Quoniam Sac. Reg. Majestas Suecia in novissimis Warsaviensibus Comitibus per Legatum suum Extraord. Dn. Comitem Tott, post feliciter absolutum Regia Electionis opus, cui potissimum tum injus erat, capita quaedam, rem utriusq. Regni, Suecia ac Polonia Communem, concernentia, proposuisset, eaq. in Comita Coronationis haec presentia, dilata ac rejecta essent, et illi in mandatis simul ab altis^{mo} memorata R^a M^{te} datum sit, eadem sic repetere. Insuperq. R^a V^a M^{te} cum munere congratulatoris, nomine Ser^{mi} Regis et Dni mei apud Ipsam³ defingerer, clementer injungere placuisset, ut si qua talia proponere vellem, illa in manus suas Regias tradere non reformidarem, benevolam et promptam sperare jubens resolutionem; non itaq. occasione tam bella deesse volui, quin obsequij isthancubens arrogarem gloriam, et sequentia hoc in manus R^a M^{te} V^a cum debito submissionis cultu commendarem.

Ante omnia proinde, cum ad amicitia mutua, inter hac duo regna, meliorem cultum, et majus robur, nihil aq. intersit, quam ut pactis Olivens: sua ubiq. stet vis, et perpetuus maneat vigor; illud cum primis cupit Sa R^a M^{tas} Suecia, ut in omnibus suis clausulis exacte eadem non tantum observentz, sed et, quo ijs conformia sunt, similiter effecta mandentz.

Quomodo ad tenorem Artic. 2^{di} qui singulis cujuscunq. Status, Conditionis, et Religionis fuerint, sua jura et libertate tam in Ecclesiasticis quam Civilibus profanis, quibus ante bellum gavisus sunt, ut ijs in totum secundum Leges Regni salvo Libero Catholica, et Evangelica Religionis Exerbitio fruantur concedit, insuperq. per Capitulationem Regiam idem confirmetz; Eundem Artic. generatim quidem in favorem Evangelicorum, et omnem meliorem in modum commendare voluit Sa R^a M^{tas}.

Circa Fugitivos autem Art. 5^{to} & 4^{to} pactum est, ut sine ullo juris processu, cum omni sua substantia, mobili scil. Dns suis confestim redeant. Cui rei et si per Universale Ill^{mi} Rev^{mi} et Excell^{mi} Dni Primatis quodam modo cautum sit, nec adhuc tamen omnis cessaverit difficultas; Restare videtz insuper, ut secundum factam promissionem Universale istud bisce in Comitibus, nomine Regio et Reis: munitum, et certis suis in locis condatum in forma plane authentica promulgetz. Praesertim cum a parte Suecia expeditissima singulis, et quibusq. pateat via, fugitivos suos, ubicunq. reperiantz, recipiendi.

Ut vero Commercia inter utriusq. Regni subditos, ad mutuum eorundem emolumentum tam necessaria, in dies magis magisq. floreat. Art. XV^{to} dicta Pacis Oliv. Eadem in veteri

Suo

Suo usu et exercitio, quo tempore induciarum fuerunt, non tantum conservare voluit, sed et libera omnino et non impedita esse iussit. Quare ut eidem Artic. sua constare poterit auctoritas, omnia cuiuscumque generis impedimenta in futurum removere est necessarium. Quod sicut a parte Suecia jam factum esse liquido constat, cum non solum abolitione Telorum /: quae vocantur /: Terrestrium, sed remotione etiam quorumcumque obstaculorum, et derogatione monetae Solidariae, liberum commerciorum exercitium procurare voluerit: ut idem a parte Polonia similiter fiat, fas est. Quo nomine vectigalia in Fluminibus, et in Civitate Dubna, sic temperabuntur, ut majori in posterum Mercatoribus non sint onerosa, quam tempore induciarum fuerunt. Ac licet per universalia Illm^o et Excell^o Dⁿⁱ M. G. Illm^o Tresaurarij remedium aliquod videatur esse adhibendum, non tamen sublata in totum sunt, quae auferri merito debent obstacula, sed reliquam adhuc est, ut istis ex promisso auctoritas pariter accedat Regia, et Confirmatio Ser^{mae} Reip: atque ut in forma authentica cum pleno vigore prodeant, idque exacte vetabunt, ne quisquam sub quocumque demum praetextu id fiat, quicquam a Mercantibus exigat, quod tempore induciarum in usu fuisse satis non constiterit. Et, vel maxime esse foret, ut talis Vectigalium exactio ad unum aliquum, vel certe quam paucissima restringeret loca, ne ad complura, ut nunc fit, exactio quum diverticula disidendo cum agra tempus navigationi commodum simul effluat. Adeoque iuxta necessarium erit, ut certa proponatur Taxa, ad cuius praescriptum vectigalia omnia exigantur, eaque typis vulgata in temerata Ser^{mae} auctoritati, ne publicanis aut Militibus vel alijs, prorsus liberum sit, exactioibus illicitis commercia aggravare, liberumque eorum interpellare cursum, sin fecerint, ut per summarissimum processum coram certo Magistratu fiat justitia, et in transgressores merita statuatur poena.

Quod ut de plano fiat, et ut prompta reddat, super his, et qualescumque emergente casus justitia, quam maxime est necessarium, ut certi et Ordinarij constituantur, in finibus Ministri, qui querelas statim suscipiant, et in delinquentes, per summarissimum processum confestim animadvertent; quod sicut exacte in Sueticis Provincijs, praesertim Livonia citra contradictionem observatur, ita idem ut a parte Polonia reciproce fiat, aequum est.

De re vero Monetaria absque qua commercia ne institui quidem hoc tempore, ne dum florere possint, omnino despiciendum erit, ut conveniens aliquod adinveniat, medium, quo tam salubro negotium poterit promoveri. Neque hic repetere opus est, quantum toti Poloniae damnum detrimentumque praesens pecunia adferat; Illud saltem nunc urgetur, ut secundum priora promissa D^{no} Legato Tottio facta, tam Suecica moneta in Regno Polonia, et ell. G. lib.

quam

quam Polonica moneta in Provincijs Svecicjs Secund: valorem et pretium suum utenda reci-
piat, nec minus integrum Sit Svetica Nationi, quam alijs Regno Polonia vicinis genti-
bus Polonica pecunia, pro mercibus Polonorum et Lithuanonum uti. Tolle. E. necesse est
omnia decreta in contrarium edita, quibus ejusmodi usus et Exercitium mo-
neta Polonica Svecicis Subditis Provincijsq. in redimendis, mercibus huc usq. prohibita
est. Nam frustra alias erit, Secund. tenorem pacti Olivens Commerciora gubernare
esse libera, et usum moneta, quibus exercentz interdicere.

Neg. ita difficulter processerum est hoc circa monetam, negotium, si ad media et ra-
tiones a parte Svecia monstratas et oblatas intimius placeat attendere, et adinvenietz
fors expeditior adhuc via, si consilia Super Sac. re porro Communicare lubet, quod
equividem spero ut cum Hum. Dnis Deputatis de hisce pluribus Conferre possim.

Interim hac sunt potiora illa Capita qua Ser^{ma} Respubl. in Comitia presentia re-
jecit. Quorum a Sac^{sim} R^a V. Act. Ser^{ma} Respubl. convenientem, et promptam
spero resolutionem, ut tam justis, et utriusq. Regno fructuosis desiderijs, ex vi
Pact. Oliv. qua Sacro sancte semper observari merentz debita fiat satis factio.

Sac^a Reg^a M⁴⁸

Carolina Dec² Novemb
A^o 1669

